

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rudolph Redecker

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Heinricus Rudolphus
Redeker/ I.U.D. ... Ad Festum Archangelo Michaeli Sacrum, Devoto pectore
colendum, Omnes Academiae Cives hortatur**

Rostochii: Kilius, 1667

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735664668>

Druck Freier  Zugang



PROGRAMMA,
 Quo
 RECTOR
 UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
HEINRICUS RU-
DOLPHUS *Redeker/*
 J.U.D. P.P. Sereniss. Ducis Mechl. Consil.
 & Consistorii Ducalis Assessor,
 Ad
 Festum
ARCHANGELO
MICHAELI
 SACRUM,
 Devoto pectore colendum,
 Omnes Academix Cives hortatur.



ROSTOCHII,
 Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. 1667.

R.U.-Prog. 1667/2

ПРЯМОГО
СОГЛАСИЯ
НЕИМЕЮЩИХ
ДОЛЖНОСТИ
ВЪ СВѢТѢ
Бѣгутъ
АРЧАНГЕЛИ
МИГАЕЛІ

Девою бѣгутъ соглашаніи
Онѣ же съвѣтуютъ



РОСТОВСКІИ
АКАДЕМИЧЕСКІЙ ТОВЪРІ



Urp nodo, dicitur in communi
 ni dixerbio, durus quærendus
 est cuneus, & vim vi repellere
 omnia jura, sive ea natu
 ralia sint, sive positiva, per
 mittunt. Ubi itaque hostis
 est truculentior, ibide
 sensio esse debet magis stre
 nua. Nullus autem hostis
 truculentior, aut humano
 generi mage metuendus, nec ullum bellum periculo
 sius, quam cum Draco infernalis, qui animæ, corpo
 ris & omnium bonorum cruentissimus & infensissimus
 hostis est, cum suo exercitu spirituum infernalium,
 se se ad prælium parat, & sua stringit arma. Hostis
 enim is est viribus robustissimus, numero militum
 innumerabilis, audaciâ promptissimus, & artibus mi
 litaribus callidissimus, & impudentissimus: semel enim
 victus neutiquam cedit, verum uti est pugnandi stu
 dio infatigabilis, & in omnem eventum variabilis, ita
 ad tentandum semper fortius & animosius insurgit.
 Sive itaque ipsum intueamur ducem, sive ejus milites,
 sive arma, sive bellum ipsum, undique truculenta,
 horrenda, & cruenta nostris oculis objiciuntur specta
 cula. Dux ac Imperator hujus infernaliſ militiae o
 mnes

innes qui vel fortitudine, vel calliditate, vel dolosis
insidiis unquam celebres fuere, aut hostilibus in cla-
ruerunt praeliis, longissime superat. Qui ipsum ma-
jestatis Dominum, temerario plane conatu, ausus est
sua calliditatis fraude aggredi. Hic vocatur *Draco*,
quia longe lateque infernale & mortiferum virus dis-
seminat, & in omnes terrae partes, ut omnes homines,
& quae benignissimus Deus in salutem humani generis
produxit, dummodo sui juris esset, perderet & cor-
rumperet. Dicitur *Leorugiens*, quia tanquam Leo ir-
ritatus suo labore terrarum orbem indefesso circumvit
studio, uti inveniat quos suo expanso consumat ore.
Nec non *antiquus* appellatur *Serpens*, quia callida suâ
machinatione, & astutissimo quo resertus est dolo,
decepit Adamum primum humani sanguinis paren-
tem, & Judam in Schola Salvatoris discipulum. *Sa-*
tanás autem jure nuncupatur, quia omnia bona opera,
tanquam mendaciorum pater, evertit, & omnes er-
rores, vitia, similitates, & dissidia disseminat, in varia
crimina homines illicit, & quos illexit, coram tribu-
nali Dei perpetuo accusat, imò qui ipsos Christi Apo-
stolos sicut triticum cribrare impudentissimo expetiit
ore, quique, uti Historia Jobi docet, indesinenter de-
siderat licentiam omnis generis mala in humanum ge-
nus proiecendi. Hic autem sœyiens tyrannus exerci-
tum dicit in omne flagitium propensum, quem Apo-
stolus vocat *Potestates aeris*. Hi enim milites inferna-
les, quos stupenda & intolerabilis superbia e cœlo
turbavit, & in omnem deformem & abominabilem
turpidinem condemnavit, cum gratiam Dei omni-
potentis perdiderint, hoc unicum innumerā multi-
tudine.

365

tudine & assiduis intendunt vigiliis, ut nos modo ex-
ternis oppugnant insultibus, & violento adoriantur
prælio, modo occultis & fraudulentis circumveni-
ant insidiis, & dolis. Hoc ergo bellum infernalum ex-
ercitus eum magis exhorrescendum, quia non corpori-
tantum & bonis corporalibus insidias struit perpetu-
as, sed & potentissimum prælium animæ hominis,
Christi sanguine redemptæ indicit. Aggreditur autem
prout victoriam cruentam sperat, modo firmas ac mu-
nitas partes, modo autem partes minus munitas ac
infirmas; adeoq; in omnibus metuendæ sunt diaboli-
cæ insidiae. Huic autem truculentissimo hosti, &
immanissimo pariter & cruentissimo exercitu infernali-
um spirituum, cum humana imbecillitas resistere,
minus victorix spem concipere non valeat hominum
consociata multitudo: Dux vite Jesus Christus, Domi-
nus virtutum Zebaoth, Rex gloriae, Dominus fortis & po-
tens, heros in prælio, ex merâ misericordiâ erga genus
humanum, sese infensissimo illi humani generis tyran-
no opposuit, eumque feliciter debellavit. Is autem
vivis depingitur coloribus à Johanne: Et vidi cœlum
apertum: Et ecce equus albus, & qui sedebat super eum vo-
cabatur fidelis & verax; Et cum justitia judicat & pugnat.
Oculi autem ejus sicut flamma ignis, & in capite ejus dia-
mata multa: & paulo post, & exercitus qui sunt in cœlo se-
quebantur eum in albis equis, vestiti byssino albo & mundo:
Apocal. 19. Hic est Rex Regum, & Dominus dominan-
tium, qui duxit exercitum cœlestis militiae ad præli-
um, & qui, postquam infernalem illum Leonem &
Draconem subjugavit, & catenis ferreis captivum
duxit, victoriam atque triumphum reduxit. Hic est,
qui

qui solus suo potenti brachio humanum genus redemit, & salutem restituit, quia ipse salus est. *Hic est* qui superavit peccatum, diabolum & mortem, & qui portas infernales fortissime expugnavit. *Hic est* potentia omnipotentis, qui potestates infernales pedibus conculcavit suis. *Hic est* Michael Archangelus cuius hodiè in Christiano orbe celebramus festum, & cui omnes vere credentes illud Johannis sonorâ voce, & triumphali accinunt clamore: *Nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi ejus: quia projectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri nocte ac Die: propterea letamini cœli, & qui habitatis in eis.* Hujus Michaelis Archangeli festum & nos celebrare debemus, non externo cultu & solo ritu, sed internâ devotione & spirituali lâtitia. Non Archangeli papistici papistice, sed veri Dei, qui ita est archangelus ut tamen non sit ex numero angelorum creatorum: Sed est æterni Dei æternus filius Patri ἐμπέστας, ejusdem ἀνάρη & καρεγνής. Quis proinde non miretur? quod ex illis in eam delapsi sint mentis dementiam, & in illos inexcusabiles errores, ut Archangelum hunc inter angelos creatos ausint referre, illumq; ne in ordine precent, Lucifer, antequam hic cum suis legionibus cœlo expelleretur, modo inferiorem ponunt; modo ex supremo ordine insimæ Hierarchiæ faciunt; modo cum in supraemæ Hierarchiâ collocandum censem. Quis non miretur? si ad fragmenta vel figmenta potius reliquiarum Michaelis Papistici oculos convertat: Michaelis Archangeli pugionem & clypeum, quibus usus est in monoma-

349

monomachia cum Satanā, à Turonensibus ostendī
refertur apud Wolff. tom. 2. cent. 16. Alii sicam, pugio-
ni puerili persimilem, inter sacra habent. Alii ejus pen-
nas, inter alias reliquias, vanè colunt, & superbè jacti-
tant. Verum enimvero quis, nisi communī sensu de-
stitutus, & in sacro Codice hospes, talibus nugis velit
vel tantillum fidei tribuere? Quis autem, nisi verbis
Christi, & ipsis rerum principiis, velit contradicere,
asserere audebit, cum angelos esse spiritus apud o-
mnes in confessō sit, angelos præditos esse corporalibus
attributis, & corporalibus armis debellare Satanam,
ejusve exercitum? Non enim clypeo, pugione, aut
aliis opus habet armis, qui spiritualem hunc serpen-
tem fugare, aut ejus caput conculcare cupit, sed in-
dutus esse debet loricā justitiae, & cinctus scuto fidei,
qui ignita tela nequissimi hujus hostis vult extin-
guere. Assumendus proinde est gladius spiritus,
quod est verbum Dei, quo solo Satanas victus cecidit.
Nec adorare debemus Michaelē ut Angelum
creatū, sed ut Angelum increatum & verū Dei fi-
liū: magna siquidem foret in Deum blasphemia, An-
gelum creatū Deum facere, & ipsi honorem & cul-
tum soli Deo debitum tribuere, talis enim angelorum
cultus mera idolatria est, quam Apostolus damnat
Col. 2. 18. Hinc Lactantius: Nullum honorem sibi tribui an-
geli volunt, quorum honor in Deo est: & Theodoreetus in ean-
dem sententiam scribit: Qui legem defendebant, eos
etiam ad Angelos colendos inducebant, dicentes fuisse legem
per eos datam. Mansit autem diu hoc vitium in Phrygia &
Pisidia: Quocirca Synodus quoque que convenit Laodicea,
que est Phrygia metropolis, lege prohibuit, ne precarentur An-
gelos,

gelos: nec minus recte contra tales Angelolatras ex-
clamat Augustinus: Utinam illos colere vellentis, facile ab
iis disceretus illos non colere.

Quoniam itaque potentia Angelorum crea-
rum, ipsi Potentiae Archangeli Michaelis, qui est
unicus & verus Dei filius, & ejus voluntati, sub-
ordinata est Psalm. 103. 20. 2. Sam. 14. 16. Huic,
qui est omnium Creator & Princeps, festa no-
stra consecremus, templa non lapidea sed pu-
ri cordis dedicemus, preces nostras ad eum.
dirigamus, Ipsique Triumphatori insuperabi-
li, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus
Deus Zebaoth! devotissimo pe-
ctore occinamus.

Dabam sub Sigillo Rect ipso die
Michaelis, Anno 1667.



monomachia cum Satanâ, à Turonem
refertur apud Wolff. tom. 2. cent. 16. Alii
ni puerili persimilem, inter sacra habent
nas, inter alias reliquias, vanè colunt, &
tant. Verum enim vero quis, nisi comi-
stitutus, & in sacro Codice hospes, talib-
vel tantillum fidei tribueret? Quis aut
Christi, & ipsis rerum principiis, velit
asserere audebit, cum angelos esse sp-
mnes in confessio sit, angelos præditos ess-
attributis, & corporalibus armis debel-
ejusve exercitum? Non enim clypeo,
aliis opus habet armis, qui spiritualem
tem fugare, aut ejus caput conculcare
dutus esse debet loricâ justitiæ, & cinctu
qui ignita tela nequissimi hujus hosti-
guere. Assumendus proinde est gla-
quod est verbum Dei, quo solo Sata-
dit. Nec adorare debemus Michaelem
creatum, sed ut Angelum increatum &
Illum: magna siquidem foret in Deum bl-
gelum creatum Deum facere, & ipsi ho-
tum soli Deo debitum tribuere, talis en-
cultus mera idolatria est, quam Apo-
Col. 2. 18. Hinc Lactantius: Nullum honore
geli volunt, quorum honor in Deo est: & The-
dem sententiam scribit: Qui legem d-
etiam ad Angelos colendos inducebant, dice-
per eos datam. Mansit autem diu hoc vitiun-
Pisidia: Quocirca Synodus quoque que con-
qua est Pbyrgie metropolis, lege prohibuit, ne p-



the scale towards document